

Gbd

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

205

M
 Leges Iudeas profecisse Dic
 Iesu: Iudicium certe dicitur
 Hierosolima oblationis deo: illa
 Propterea iusta est
 Solis regnatio complice consilium
 Reges Aethiopie et Dacia
 Qui nec nisi
 Ad amorem & pietatem
NVPTIIS
PITTIANIS
 &
DRESIGIENSIBVS

PRIDIE IDVS JANVAR.

clla cc xxix.

DEO VOLENTE

coniungendis

DICATVM

Jo. Gottfr. Zeiskio,

Rect. S. S.

Soravia, flanno Rothiano.

Ungar. M. Anna Arndt.

Hoc canticus ab aliis duplo cantatur

Hoc alius bolis neumus huncatur

Ne' dico diligenter tamis coram te

Tu' sicut jocundus eris

Ag' canticus acutus noster.

Quid u' sis meum hunciter mors

Et horum post pro' vates omnes

Tu' nec tu' sis' sis' 't' sic pater imponit

Ag' canticus acutus noster.

Non festemcunio aperit letitiam

Non' it' carmine novis' als' ruris' am

Non' it' amys' ays' boudre' mors'

Spes' natus' frons'

AK

M Entitæ Themidos progenies, Dice,
Irena, Eunomie, cedite protinus,
Horarum celebri nomine quas tulit
Prisci fabula sœculi.

Solus stelligerò culmine confidens
Rector veluoli temporis est DEVS,
Qui nec limitibus nec regionibus
Vrgetur neque cardine.

Is nutu rapidis sideribus modum
Ponit prævalido, constituit suas
Metas imperiis, resque hominum vagas
Æquus temperat arbiter.

Gentes attonita mente stupescite
Ostentum: medio dextera NVMINIS
Solis tramite sufflaminat orbitam
Suspidente Jehosua.

Quid dicam? graphico gnomonis ambitu
Umbras retrogradas sensit Achæides,
Clemens lustra DEVS cum superadderet
Abrupto tria Itamini.

Prodire ætheream luminis in viam,
Defessi exuuias ponere corporis,
Magni de manibus, cum placitum fuit,
Pendet NVMINIS vnice.

Hoc campos aperit, queis bene curritur,
Hoc vrnis positis nomina missitat,
Vt, quem mellifluo lumine conspicit,
Lætis crescat honoribus.

Quod si dia manus nexuerit moras,
Et nondum hora bono venerit omne,
Tum nec cura grauis, nec labor improbus
Ad calcis venient notam.

Non septemgeminò verbere remigum,
Non, si cymba notis vfa ferentibus,
Non, si cuncta velit pandere suppara,
Stabit navita littore.

Nil desideris profici acribus,
Sed glebas sterili vomere faucias,
Ni NVMEN faueat temporaque iniuis
Donet rebus idonea.

Sin auctore DEO candida lux venit,
Lux sperata diu, dum metus æstuat,
Ecquid turbet opus? quæ subitus fragor
De celo mala nunciet?

Nequicquam altiloqui terrigenæ minas
Spirabunt tumidas, perdet aculeum
Vis ac fraus, stygiæ dæmonis irrita
Fundet toxica Tartarus.

Quin torpens niuibus gignet hiems rosas,
Quales attulerat Nilus ad Aufonas,
Quales Lehmaniae delicium vrbiuum
Arti Lipsia debuit.

Rupes caucaseæ neclare hymettio,
Largo lacte fluent, vimen acanthinum
Botros & violas, tesqua perhorrida
Aurum & fardonychem dabunt.

Plus disposta valent tempora NVMINI,
Quam si Salmasios Palladis artibus
Summis Virgilios laudibus ingeni,
Mauortem superes manu;

Plus quam si Paridis mollior hædulo
Te formosæ Helenæ tradat epistola;
Plus quam fluetuagum si genus aurea
Depræderis arundine.

Cedant auricomì schemata sideris,
Felici niueus cum Joue Phosphorus,
Et quicquid stabili de comitum domo
Fallax Uranie refert.

TE, FITTI, auspiciis aura serenior
Afflat, Sponsæ, bonis. Prosper adeſt dies,
Qui CLARAM thalami vinclo adamantino
Jungit DRESIGIAM Tibi.

Nuper Te superi prouida mens PATRIS
Sacrae militiae constituit tubam;
Veri ut flamma planos, candor hypocrisia
Virtus nequitiam fuget.

TE LOUISA, decus nobile saeculi,
Cuius mente fides & pietas sedet,
Disponente DEO commoda tempora,
Natu fustulit arduo.

Dudum coelicolis addita quin Tibi
Occurrit genitrix? haec calidissimis
Te fouit lacrymis, haec precibus tuos
Irrorauit agros pia.

Jam Te splendida fax ad penetralia
Templi, SPONSE, vocat. tempus o aureum!
Non consors thalami moribus integris
Contingit sine NVMINE.

Tantis maecte bonis, temporis arbitro
Assurge, & meritis concine laudibus,
Cui quodcumque valet mens melior quidem
Se debere fatebitur.

Huic confide spei plenus, & alite
Tende ad summa fide: more volucrum,
Quas fert aла sonans, forte ubi turbida
Tempesta fuit aequore.

Is Te per queruli lubrica saeculi,
Is fautrice Tuos ducere dextera
Perget, vitam hilarem veris amabilis
Instar reddere perpetuum.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kann nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178



3

56.

KD7

RHD

M
**NVPTIIS
PITTIANIS
&
DRESIGIENSIBVS**

PRIDIE IDVS JANVAR.

clx cc xxix.

DEO VOLENTE

coniungendis

DICATVM

Jo. Gottfr. Zeiskio,

Reft. S. S.

Soravia, stanno Rothiano.

